



IESUS REDITURUS EST... HAEC EST HORA SUMMA ACCIPERE EUM PARARE DEBETIS

Epistula directa a Conchiglia ad Suam Sanctitatem Papam Benedictum XVI

Prot. 11.218 - 04.03.11
Raccomandata R.R.

Die XXVI mensis februarii anno MMXI - In Praesentatione Domini

Dilecte Papa Benedicte XVI,

Ad Vos epistulam scribo ut Vobis donem Revelationes Iesu et Mariae quae ad Vos-Petrum pertinent:

Die XXVI februarii anno MMXI - 11.50 – Iesus sic locutus est:

*“Desidero loqui de Caritate, Conchiglia...
quia Ego Sum Caritas et Roma necessario debet audire Me
ut deinde Voluntatem Meam diffundat in omnia loca orbis Terrae.
Adhuc semel Petrum Meum alloquor:
fili... electus es
ad custodiendum et protegendum gregem meum sparsum in orbe Terrae
ad filios Meos docendos Deum esse.
Nimis demissus est « vocis tuae sonus »!
Atque velut « sonus » significo potentiam verborum quae tibi dicenda sunt:
« Iesus rediturus est... haec est Hora summa.
Accipere Eum parare debetis
cum toto amore cordis vestri totoque honore qui Ipsi debetur.
Anima vestra offuscata est a materialismo falsisque doctrinis.
Vobis abiciendum est omne quod est inutile
vel impedimento ad spiritualem evolutionem vestram.
Necesse est conari exsilire a mundo vetere ad Mundum Novum
qui in se continet omnia mirabilia quae Ipse promisit.*

*Hic saltus mente et corde agendus est
quia ea quae oculis vestris videbitis
atque nova quae cognoscetis... attonabunt vos.
Tamen potentes mundi
adhuc vos inhibere ac velut captivos tenere volunt
itaque evolutionem vestram tardant.
Materialis ac spiritualis paupertas in qua nimia copia vestrum vivit...
magis magisque in dies augetur.
Responsabilitas est etiam Ecclesiae...
atque mea... quia nunc ipsam successor Petri repraesento.
Ecclesia Spiritum Sanctum suum amisit
accipiendo quod est mundi sed Iesus abhorruit.
Hic sum ad veniam a vobis petendam utque accipiatis quam optime potestis
haec Verba quae Iesus... Filius Dei Ipse Deus
me vobis dicere postulavit per hanc filiam Suam Conchiglia.
Fili... grex Dei...
state in Fide
et firmi ambulate sicut Iesus in Evangelio docet.
Personam vestram quae est Templum Sanctum Dei provehite...
cogitationes vestras provehite et Animam vestram provehite
ipsam protegendo ab omni turpitudine omnique peccato... et venialissimo.
Lucete filii... lux estote coram Deo et hominibus.
et operibus vestris Iesum imitate ac Mariam imitate
quia tota technologia et scientia hodierna et futura...
nihil valent et nihil possunt pro Anima vestra quae est Aeterna.»
Ecce, Conchiglia... Ego Iesus qui de Trinitate loquor tibi...
per te Meipsum volo divulgare mundo.
Parvulus factus sum et invisibilis in te ut de Amore loquar filiis Meis...
ut iis dicam me omnia peccata dimittere cum veniam exposcunt a Me...
ut iis dicam ipsos cunctos me amare atque omnem causam lapsorum eorum novisse ac intellegere...
ut iis dicam ipsis credendum esse in Caritatem Meam atque in Misericordiam Meam
quae est Infinita quoad peccatum...
ut iis dicam me ipsos videre velut pueros... indigentes blanditiis et cura
utque iis dicam me pati cum quoque eorum doloris et mortis iter faciente...
ut iis dicam me omni actu caritatis et actione bona gaudere
et apud eos ambulare cum alios fratres indigentes adeunt
ut iis dicam quod in hac navi quae est Mundus... Ego Sum...
et procella non praevalebit adversum navim...
ut iis dicam futurum quod exspectamus, mirabile esse
quia illi omnes filii proditores quae Satanae serviunt
mox dispellentur...
quoniam in Nova Terra Renovata habitare poterunt soli filii fratresque Mei.
Ego Sum Deus... et solus Ego Sum Deus
atque veni recipere filios fratresque meos.
Solus Ego Iesus... redimere possum eum qui sequitur Me et amat Me...
solus Ego Iesus... Ipse Deus possum.*

*Omnia... omnia... cetera omnia...
solum confusio magna sunt atque fallacia diaboli.
Ecce, Conchiglia...
mundus per manum tuam cognoscat Amorem Meum Immensum ac Inexhaustum.”*

Die XVI februarii anno MMXI - 12.15 - Maria Sanctissima sic locuta est:

*“ Mamma Maria sum, Conchiglia...
meque praesento cum Titulo... Nostrae Dominae Guadalupianae.
Stellae in Pallio meo... in Vera Imagine mea
filio meo minimo Juanito Dieguito donata pro Humanitate
repraesentant sidus ubi vivo... Viva et Vera
et in vobis mox ero una cum Filio meo Iesu.
Ego Maria... propter Dei Voluntatem
hoc magnum et mirabile arcanum ostendi Humanitati
ut vos praeparetis sine intermissione orando.
Ego quoque dico vobis ut stetis in Fide antiqua
quae est proxima veritati Iesu Filii mei.
Attente relegite Scripturas...
de Nobis ipsae loquuntur... etiam symbolice loquuntur
loquuntur autem per figuras et imagines.
Memento Conchiglia...
per te Caelum spiritualiter percurrent...
ut in ipsum inspiciant.*

Dilecte Papa Benedicte XVI,
semper sum humiliter oboediens Vobis et Sanctae Ecclesiae Catholicae.
Benedicat Vos Deus
et Maria Divina, Nostra Domina Guadalupiana, Vos protegat
in Nomine Patris 🌹
Matris 🌹
et Filii 🌹
et Spiritus Sancti 🌹
Amen.

*Conchiglia
della Santissima Trinità*



**BENEDICTUS PP. XVI BINAS BENEDICTIONES APOSTOLICAS IMPERTIVIT :
ET CONSOCIATIONI CUI NOMEN « MOVIMENTO D'AMORE SAN JUAN DIEGO »
ET PRO CONCHIGLIA SANCTISSIMAE TRINITATIS**

A.D. 2010

**Animadvertendum est has Pontificis Benedictiones Apostolicas fere concedi coniugibus in die
matrimonii sui pro modica oblatione in pretium membranae, tamen videntur primum
in historia Ecclesiae istae Benedictiones Apostolicae publice ac gratis concedi absque oblatione
in pretium membranae, viventi prophetissae quae adhuc suscipit Revelationes Sanctissimae
Trinitatis et Mariae Sanctissimae et fundatrix est consociationis dicatae Mariae Sanctissimae
Nostrae Dominae Guadalupianae, cui nomen “Movimento d’Amore San Juan Diego” ,
ad defendendam Sanctam Ecclesiam cui Summus Pontifex praeest.**

**MOVIMENTO D'AMORE SAN JUAN DIEGO
est totius Terrae consociatio cordium in quam omnes se adscribere possunt gratis**

ADNOTATIO

Conchiglia della Santissima Trinità

latine

Concha Sanctissimae Trinitatis

Movimento d’Amore San Juan Diego

latine

Consociatio Caritatis Sanctus Ioannes Didacus

4